



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano


Romae, 1620

Lib. 11. continet materiam fabricationis processus pro assequenda
institutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

LIBER VNDECIMVS,

Continet materiam fabricationis
processus, pro assequenda
institutione.



CAPVT PRIMVM.

Petitio institutionis à quo fiat, & quomodo, &
quid Iudex discutere debeat.

SVM MARIVM.

- 1 Præsentatus, & præsentas,
seu solus præsentatus institu-
tionem petere possunt.
- 2 Præsentatus mediante pro-
curatore petere potest, & ob-
tinere institutionem.
- 3 Pater pro filio, frater pro
fratre, cum promissione de-
rato possunt petere institu-
tionem.
- 4 Institutio petitur, & pro
ea imploratur officium Iu-
dicis.
- 5 Nec requiritur libellus, si
nullus ad sit contradictor.
- 6 Libellus ad petendam in-

- stitutionem debet continere
narrata in præsentatione.
- 7 Quando valet secunda
præsentatio, debet prius irri-
tari prima præsentatio.
- 8 Superior antequam insti-
tuat, debet cognoscere de iu-
ribus præsentantis, & præ-
sentati.
- 9 Edicti termino elapso su-
perior debet assignare termi-
num ad producendum iura.
- 10 Informatio ab habente
instituere fit fine strepitu, &
figura iudicij.
- 11 In præsentato sufficit etas
legitima, litteratura suffi-
ciens, & morum honestas.

In

- 1 **I**N hoc iudicio † petenda
institutionis possunt esse
simul præsentans, & præsen-
tatus, vel solus præsentatus, &
petere institutionem, & po-
test patronus prosequi, & ve-
nire ad causam pro suo inte-
resse, mortuo præsentato, &
petere declarari iuspatrona-
tus ad se pertinere. Rot. Rom.
de iurepatronatus in nouis
decis. 2. incip. si à præsen-
tatis. Rocch. de Curte. de iure-
patronat. in verbo ius quæst.
1. num. 6. in fine. & Lamb.
de iurepatron. lib. 2. part. 2.
quæst. 8. art. 3. Et sicut pa-
tronus † potest per procura-
torem præsentare, ita & præ-
sentatus per suum procura-
torem etiam saicium potest
petere institutionem, & ob-
tinere. Quæ institutio debet
concipi in personam pro-
curatoris illius: & ita tanquam
3 procurator admittitur † pater
pro filio, frater pro fratre,
coniunctus pro coniuncto,
amicus pro amico, cum cau-
tione de rato. Lambertinus
vbi supra art. 4.
4 Institutio † autem petitur,
& pro ea obtinenda implora-
tur officium iudicis. Doctor.
in cap. cum Bertoldus de re
- 5 iud. Et in petendo dictum
officium † iudicis non requi-
ritur libellus, si nullus adsit
contradictor. Lambertin. vbi
supra art. 6. ideoque satis est
dicere, peto me institui ad be-
neficium, ad quod fui præ-
sentatus; videtur enim pete-
re omni iure, quo melius po-
test, secundum Innoc. in cap.
cum ecclesia num. 2. de cau-
possess. & prop. & declarat
Lambertin. vbi supra art. 7.
6 Et quando libellus pro obti-
nenda institutione debet for-
mari in eo narrentur omnia,
quæ in præsentatione nar-
ta sunt: processus autem su-
per tali præsentatione erit
extrajudicialis, & extraordi-
narius, ut supra diximus. Et
7 quando necesse est † cassari
primam præsentationem,
anequam secundo præsen-
tatus petat institutionem, de-
bet prius petere cassationem
dictæ primæ præsentationis,
quod procedit in præsen-
tatione facta à patrono ecclæ-
stico, secus si à laico, qui
variare potest. Innocen. in
dicto cap. cum autem. de
iurepatron. vbi Cardin. in
fine, & Abb. in notabilibus.
& per Lambertin, vbi supra
art.

art. 10. Antequam tamen
8 institutio concedatur, etiam
nullo stante contradicte
debet habens instituere ex
officio discutere negocium,
& videre iura præsentantis,
& præsentati. ad cap. vlt. de
elect. libro 6. Ideoque clap-
9 so † termino editi debet ta-
lis superior præfigere termi-
num competente eis ad pro-
ducendum eorum iura, &
videre debet per examen

de præsentati idoneitate, vt
per Lambertin. vbi supra, ar-
tic. 11. Et hæc omnia † fieri
debent sine strepitu, & figu-
ra iudicij. ad clem. dispen-
diosam de iudicijs. Et notes,
11 quod in † præsentato suffi-
cit ætas legitima, litteratura
sufficiens, & morum hone-
stas. ad glos. in cap. quando.
distinct. 23. vide Lambertin.
vbi supra. art. 12.

C A P V T S E C V N D V M.

Quæ opponi possint contra præsentantes,
seu præsentatos.

S V M M A R I V M.

- 1 *Contra præsentatum pos-
sunt multa apponi.*
- 2 *Simonia committitur in-
annexis spiritualibus.*
- 3 *Probari quæ debeant pro
obtinenda institutione.*
- 4 *Habens instituere tenetur
præsentatum instituere, si ni-
bit sit oppositum.*

1 **O**pponi possunt † multa
contra præsentates, seu

præsentatos posita à Lāb. de
iurepat. li. 2. par. 2. q. 8. art. 13
Oppositor autem potest fieri
per Superiorem habentem
instituere, ex eo quod patroni
non sint in quasi possessione
iuris præsentandi, vel quod
ecclesia sit libera, vel quod
præsentatio fuit facta de indi-
gno, de non idoneo, de in-
cognito absente, vel quod
præsentatio non fuit accepta-
ta infra tempus datum ad
præ-

- præsentandum, vel quod fuit post lapsum tempus datum ad præsentandum, vel quod fuit facta non seruatis conditionibus appositis in fundatione, vel non fuit facta eo modo, & coram quo fieri debet, vel quod per simoniam facta fuerit præsentatio:
- 2 quia t̄ simonia committitur in annexis spiritualitati, vt est ius patronatus, sicut & in ipsis spiritualibus. cap. ex insinuatione, & cap. de iure. vbi Abb. de iure patronatus, & in c. quæ situm de rerum permitt. & talis præsentatio est nulla ipso iure. cap. vnico. de simonia in extraugantibus communibus: & per tales iucurritur excommunicatione, vel aliter, vt ibi.
- 3 Ad obtinendam t̄ autem institutionē hæc probari de-

bent, scilicet præsentantem esse patronum, vel esse in quasi possessione iuris præsentandi, & cautius est semper allegare quasi possessionem, quæ facilius probatur; & præsentatum habere requisita necessaria, & esse præsentatum infra tempus debitum, eumque acceptasse præsentationem de se factam, vide Lambert. vbi supra artic. 14. & fuisse factum edictum in forma. Nisi t̄ aliquid obijciatur contra præsentantem præsentatum, seu institutio nem, habens instituere tenetur admittere, & instituere præsentatum. cap. monasterium, vbi glos. vltim. 16. quæst. 7. Paul. de Citad. de iurepatr. part. 6. quæst. 5. & Lambert. vbi supra art. 15.

C A P V T T E R T I U M.

Quid agendum, si superior spernat præsentationem, & ad quid teneatur dictus superior tali casu.

S V M M A R I V M.

3 Præsentatus à Superiori

Spretus debet appellare.

2 Et adire Superiorē dicti

Su-

*Superioris, ut compellat di-
ctum habentem instituere.*

3 *Et si iniuste id fecerit,
tenetur dicto spredo prouidere.*

4 *Duobus litigantibus in Cu-
ria super aliqua Ecclesia
non valet alia præsentatio fa-
cta à patrono intra debitum
tempus.*

5 *Præsentatus obtinens pro-
uisionem Apostolicam non fa-
cta mentione de variatione,
nihil facit.*

1 **S**uperiore † sernente
præsentationem præsen-
tatus habet remedium appelle-
rationis. glos. 1. in cap. pa-
storalis. de iurepatron. Item
habet aliud remedium, potest
2 enim † adire Superiorum illius, qui debet instituere
per viam querelæ, & petere,
ut vi compellatur ille, qui de-
bet instituere, ad ipsum præ-
sentatum instituendum. Abb.
in dicto cap. pastoralis. vbi
glos. in verbo, malitiose, po-
nit quis probare debeat, &
quomodo, & an præsumatur,
quod malitiose habens insti-
tuere non admiserit præsen-
tationem, & ponit late Læm-
bertin. de iurepatronat. lib. 2.

par. 2. quæst. 8. artic. 18. Si
3 iniuste † igitur Superior spre-
uerit præsentatum, & alium
instituerit, vel minus ido-
neum, tenetur ex dicto cap.
pastoralis. ad prouidendum
tali præsentato spredo, de ali-
mentis, nec requiritur ad
hæc alimenta petenda ordo
iudicarius, seu libellus; sed
esse considerandam pauper-
tatem, & impotentiam talis
clericis respectu Episcopi. Ho-
stien. in dicto cap. pastora-
lis. in §. verumtamen. col-
vltima. de iurepatronatus. &
Lambertin. vbi supra. art. 20.
spretus autem dicitur expref-
ſe vel tacite, ut declarat Lam-
bertin. vbi supra. art. 25. Ea-
4 dem ratione † si duobus li-
tigantibus in Curia super Ec-
clesia, patronus Ecclesie id
sciens præsentet alium infra
tempus debitum Ordinario,
qui scienter illum instituat,
eo casu unus ex collitiganti-
bus, pro quo lata sit senten-
tia in Curia, habet actionem
contra patronum, & contra
Ordinarium. argumento tex.
in dicto cap. pastoralis. appa-
ret enim, quod talis institu-
tio malitiose facta fuit, & in
elusionem sententiae Paul. de
Cit-

Cittad. de iurepatron.par.6.
quæst. 55. Lambertin. vbi su-
5 pra artic. 21. Et si vnuſ t ex
præsentatis obtineat prouisio-
nem beneficij à Papa non
facta mentione de variatione
facta à patrono, cum illam
ignoraret, & de institutione

sequita, talis prouisio apo-
stolica tanquam subreptitia
non valet in præjudicium di-
cti instituti, ita habetur in
cap. constitutus. in princip.
vbi Abb. & in cap. ad au-
dientiam. il seconde. de re-
scrips.

C A P V T Q V A R T V M.

In discussione præsentationum citari debent con-
tradictores certi speciali citatione, incerti
edicto generali.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| <p>1 <i>Institutio quomodo fiat ad instantiam comparentium, & se opponentium.</i></p> <p>2 <i>Præsentati citari debent certa citatione speciali.</i></p> <p>3 <i>Præsentatus absens potest citari ad domum.</i></p> <p>4 <i>Præsentatio metu facta non tenet.</i></p> <p>5 <i>Idem est si ex imetu, vel iracundia.</i></p> <p>6 <i>Vel clandestine.</i></p> <p>7 <i>Patronus licet non præsen-
tauerit, potest tamen oppone-
re cōtra præsentatum ab alio.</i></p> | <p>8 <i>Extranieri etiam possunt op-
ponere contra præsentatum.</i></p> <p>9 <i>Oppositio defectus notoriū
contra præsentatum tolli non
potest.</i></p> <p>10 <i>Populus quando de facto se
opponit contra præsentatum,
quid agendum.</i></p> <p>11 <i>Petitio talis qualis sufficit
in processu, pro aſsequenda
inſtitutione.</i></p> <p>12 <i>Exceptiones dilatoriæ ſunt
reijciendæ.</i></p> <p>13 <i>Litis contestatio non requi-
ritur in iudicio, quo petitur
inſtitutio.</i></p> <p>14 <i>Et requiritur terminus ad
pro-</i></p> |
|--|--|

probandum in hoc iudicio.

15 *Et ita Pises seruatnr.*

16 *Iuramentū calumniæ professtri debet in hoc iudicio, quo petitur institutio.*

HA&tenus viñum est quo modo superior habens instituere ex suo officio discutere debeat iura præsentantium, & præsentatorum.

1 Nunc est videndum † quomodo id fiat non ex officio Iudicis, sed ad instantiam comparentium, & se opponentium.

2 Imprimis † citari debent speciali citatione tanquam certi, illi, qui primo loco præsentauerunt, vel præsentati fuerunt, & alij incerti, edicto, generaliꝝ citatione citari debent. Doctor. in cap. vlt. de elect. lib. 6. Si autem † compræsentatus, vel certus contradictor effet absens tunc satis est eosdem citari ad Domum eorum solitæ habitationis, vel in ecclesia, seu ad valvas illius; ad hoc vt ecclesiæ citius prouideatur, & sibi imputent, si in loco, vbi talis causa agitatur, procuratorem non reliquerunt. Lambertin. de iurepatronat.lib. 2.

4 par. 2. quæst. 9. art. 2. Quod †

si per metum facta sit præsentatio, potest ipse patronus id opponere, quia talis præsentatio non tenet: quod est verum quando metus fuit causa talis actus. Alex. conf. 16.

5 lib. 3. Ita † etiam non valet præsentatio facta ex impetu, vel iracundia. cap. auditis. ibi prorupit. de elect. Iracundia enim facit contractum non valere. l. quicquid calore. ff. de reg. iur. vide Firman. tract. de Episcopo. par. prima

6 lib. 3. quæst. 35. Nec † minus valet præsentatio clandestine facta. ad text. in cap. quia propter. §. vlt. & ibi gloss. & Doctor. de elect. vt quia non sit facta coram habente instituere, quo casu non dicitur perfecta præsentatio. Lambertin. vbi supra artic. 7. Potest

7 etiam † patronus quamvis nō præsentauit, nec fuit spretus, opponere defectum, vel vietum contra personam, vel aliud simile. cap. nulli; & cap. sequenti. de elect. lib. 6. Lambertin. vbi supra artic. 8. In

8 super † omnes etiam extranei admittuntur ad opponendum contra præsentationem pro impedienda institutione, quia in edicto vocantur omnes,

nes, qui se volunt opponere.
dicto cap. vlt. de elect. lib. 6.
9 Quod si † quis ad impedien-
dam institutionem opponat
contra præsentatum de noto-
rio defectu, non potest postea
pœnitentia ductus à tali op-
positione recedere, argumen-
to t̄ext. in cap. ab eo, & in
cap. si forte. de elect. lib. 6.
10 Verum si † populus potius de
facto, quam de iure se oppo-
nat contra præsentatum, quia
nolunt illum in Rectorem, tūc
si sit præsentatus ad benefi-
cium curatum talis populi,
contradiccio est admittenda
si sit rationabilis ob timorem
scandali: secus est in benefi-
cijs simplicibus, in quibus
nullum vertitur interesse po-
puli. Lambertin. vbi supra
artic. 11. Paul. de Citadin. de
iurepatronat. par. 6.q.19. Et
est notandum, quod in fa-
ciendo † processu pro asse-
quenda institutione sufficit ta-
lis qualis petitio, cum qua-
concordari possit sententia.
Clement. saepe circa princip.
de verbor. significat. & exce-
ptiones † dilatoria sunt repel-
lendæ, nisi essent necessariæ
pro legitimatione personarū.
Cardin. in dicta Clement. sæ-

13 pe col. 5. Nec † hoc casu re-
quiritur litis contestatio. Cle-
men. dispensiosam. & ibi Car-
din. de iudic. & quod in sum-
marijs non requiratur litis
contestatio, probat Lambertin.
vbi supra art. 12.
14 In hoc igitur † iudicio sum-
mario pro assequenda insti-
tutione publicato edicto, eius
que peremptorio termino cla-
plo, in quo factæ sint con-
tradictorum oppositiones, & ex-
ceptiones, & facta aliqua
responsione, quæ loco litis
contestationis habeatur; dan-
dus est utriusque parti terminus
ad probandum incumbētia:
ita habetur in dicta Clemencie.
sæpe. ibi terminum dare pos-
sit. Et ita in praxi seruatur
15 Pisis †, vbi secundum consti-
tutiones synodales Pisanas
datur terminus ad probandum
triginta dierum utrum, quo
termino durante possunt pre-
sentari articuli, positiones,
exceptiones, acta, iura, & mu-
nimenta, quibus partes uti
volunt: de quibus habetur in
dicta Clemencie. saepe. §. & quia
positiones, & ibi gloss. & ibi
dem in §. citationem vero
habetur, quod etiam in tali
16 causa † debet præstari iura-
men-

mentum calumniæ, & de veritate dicenda. vide Rocch.
de Curte, de iurepatronatus

in verbo competens alicui.
quæst. 14. col. 2.

CAPVT QVINTVM.

Quomodo probetur iuspatronatus antiquum.

SVM M A R I V M.

- 1 *Iuspatronatus antiquum probatur per instrumenta, & per autenticas scripturas. & num. 6.*
- 2 *Iuspatronatus quomodo probetur.*
- 3 *Exemplum in probando iurepatronatus.*
- 4 *Illusterrimus Cardinalis Lantes patronus Capellaniæ SS.Simonis, & Iudeæ.*
- 5 *Descendentia quomodo probetur.*
- 7 *Quasi possessio per tempus immemorabile continuata probatur.*
- 8 *Concil. Tridentin. Sessione vigesimaquinta de reformat. capitulo nono iubet iuspatronatus probari ex fundatione, vel dotatione.*
- 9 *Quasi possidens iuspatrona*

tus non tenetur probare descendiam.

- 1 *Iuspatronatus † antiquum est difficilis probationis, immo impossibilis: tamen probari potest per instrumenta, vel alias authenticas scripturas. Lambertin.de iurepatronatus, lib. 2. par. 2. quæst. 10.*
- 2 art. 4. & quomodo † probetur iuspatronatus, tradit Rota Rom. in nouissimis.lib. 3. Decis. 1372. nu. 1. & Deci. 1014. & 254. dicto lib. 3. tradit Illusterrimus Card. Tusc. pract. conclus. iuris in littera I. conclus. 617. traditur etiam in praxi Archiepiscopali Leonis par. 2. cap. 21. de iurepatronatus. num. 1. 2. & 3. vide Farinacium tomo primo & 2. partis secundæ. Decis. 360. 374. 548. 541. 694. 146. 235. & par-

& parte prima, tomo primo, &
secundo. Decis. 333. 222. 224.
481. 211. 77. & 518. & Card.
Mantic. Decis. 208. & 244. &
Cardin. Seraphinum. Decis.
1141. 1120. & 1103. Exem-
plum † sit, agitur de Capel-
lania sanctorum Simonis, &
Iudae existente in Primali
ecclesia Pisana fundata anti-
quitus ab Illuſtr. Viro Domi-
no Petro Lante, Patritio Pisa-
no, de quo extat sepulchrum
in ecclesia sanctæ Mariæ de
Aracæli Romæ. Nam ex illis
scripturis apparebit tantum
dictum Dominum Petrum
fundasse, construxisse, & do-
tasse dictam Capellaniam
cum consensu Ordinarij: &
cum dictæ scripturæ sint an-
tiquæ tercentorum, seu quin-
gètorum annorum, effet pro-
banda descendentia proue-
niens à dicto Domino Petro,
quæ descendentia in antiquis
probatur leuioribus probatio-
nibus. tradit Marc. Ant. Ge-
nuen. Episcopus Ifernien. in
sua praxi Curiæ Archiepisc.
Neapol. cap. 82. num. 1. va-
ria de iurepatronat. quæ de-
scendentia verificatur in Illuſ-
trissimum, & † Reuerendissi-
mum Dominum Marcellum

Praxis Iurijpatron.

Lantem sanctæ Romanæ ec-
clesiæ Cardinalem amplissi-
mum, & in Illustrissimum Do-
minum Marc. Anton. eius fra-
trem Marchionē Turris An-
dreæ, & in Illustrissimum Do-
minum Federicum Lantem,
& alios nobiles de dicta fami-
lia. Nec regulariter † proba-
ri poterit talis descendentia
per tot ætates, cum antiqua
ignoretur nomina, præsertim
Pisis, vbi iniuria temporum
deperditæ sunt scripturæ, &
documenta, effet enim pro-
bandum quomodo ab illo pri-
mo fundatore dictum iuspa-
tronatus deuenerit in anteces-
sores dictorum Nobilium
nunc viuentium, & conse-
quenter ad hos Dominos nūc
viuentes. Cum ergo dicta
Capellania reperiatur funda-
ta à dicto Domino Petro, &
nunc pertineat ad dictos Do-
minos de dicta familia, vrgen
tissima erit præsumptio per
legitimas ætates ad eosdem
Dominos nūc superstites per-
uenisse: & de modo talis pro-
bationis vide Abbat. in con-
sil. 54. par. 1. & consil. 102.
par. 2. Concurrit enim anti-
quitas facti, & etiam conti-
nuatio eiusdem familie, iun-

Octa

210 Pars II. Lib.XI.Cap.V.

cta probatione famæ etiam per testes de auditu . Ex quibus dictum iuspatronatus an-

6 tiquum † probabitur: quod si nulla appareat fundatio, præsumitur acquisitum iuspatro-
natus, ex aliquo titulo habi-

7 li, & tunc sufficit † quasi pos-
sessio tanti temporis, cuius ini-
tij memoria non extet, conti-
nuata ab antecessoribus suis
in eum . Hodie autem serua-

8 tur Concil. † Trident. Sess. 25.
de reform. cap. 9. vbi decretū
est, quod in probando iurepa-
tronatus probetur illius titu-
lus ex fundatione, vel dota-

tione, ex authen. documento,
& alijs iure requisitis, siue
etiam ex multiplicatis pre-
sentationibus per antiquissi-
mum temporis cursum, qui
hominum memoriam exce-
dat, alias secundum Iuris di-
spositionem. vide Dec. consil. 174. num. 4. & Card. Man-
ticam Decis. 198. 208. & 318

9 Rot. Rom. Et existens † in
quasi possessione Iuris præfen-
tandi non tenetur probare
descendentiam . Cardinalis
Seraphinus Decision. 1103.
1141. numero 11. 1232. &
1367.

C A P V T S E X T V M.

Quomodo probetur iuspatronatus modernum.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus modernum
est facilis probationis.*

1 *I*uspatronatus † modernum
est facilis probationis . Nā
satis est probare beneficium
fuisse fundatum, constructum,
& dotatum de consensu Ordin-

narij, puta à Lothario, & à Lo-
thario peruenisse in Renatum
tanquam hæredem vniuersa-
lem dicti fundatoris, vel eius-
dem donatarium ex legitima
donatione, & alia probanda
erunt, posita per Lambert. de
iurepatronat. lib. 2. par. 2.
quæst. 10. art. 5.

C A-

C A P V T S E P T I M V M.

Quasi possessio iurispatronatus, seu Iuris præsentandi
quomodo probetur.

S V M M A R I V M .

- 1 *Quasi possessio iurispatronatus est facilioris probacionis.*
- 2 *Concil. Tridentin. Sessione vigesima quinta de reformat. cap. 9. requirit multiplicatas præsentationes per tempus im memorabile.*
- 3 *Stylus articulandi in praxi pro quasi possessione probanda.*
- 4 *Forma probandi quasi possessionem iurispatronatus.*
- 5 *Super singulis dictis singuli formantur articuli.*
- 6 *Quasi possessio iurispatronatus ex quibus dignosci possit.*

1 **F**acilior modus † probandi, & obtinendi in iure patronatus, est probare quasi possessionem iurispatronatus, seu Iuris præsentandi, & ideo quamvis aliquis se dicat,

& asserat patronum, si postea probet se esse in quasi possessione Iuris præsentandi, obtinebit. Talis autem quasi possessio probari potest per instrumenta præsentationum, & institutionum, vel quia patronis facta sunt solita fieri habentibus tale Ius, ad notata in cap. si vero, de iurepatronat. & secundum dicta in cap. consultationibus. de iurepatronat. & Concil. Tridentin.† Sess. 25. de reform. c. 9. requirit multiplicatas præsentationes per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat. vide Farinaccium parte prima, tomo primo, & secundo. Decis. 615. 195. 222. 224. 347. & de probatione huius quasi possessionis, vide Card. Mantic. Decis. 208. Rot. Rom. & Praxim Archiepiscopalem.

O 2 Leo-

212 Pars II.Lib.XI.Cap.VII.

Leonis par. 2. cap. 21. de iurepatronat. num. 1. & sequentibus, & Mascardum de probationibus. concl. 1217. Quare † stylus articulandi in praxi erit huiusmodi, quem etiam ponit Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæst. 10. artic. 6.

4 Comparet † Nicolaus Mazzolius clericus Pisanus presentatus ad Capellaniam sancti Ioannis Chrysostomi sitam in Primatiali ecclesia Pisana, & pro verificazione Iurium suorum principalium patronorum dictæ Capellaniæ existentium in pacifica quasi possessione iuris presentandi ad dictam Capellaniam: & breuiter dicit se fuisse, & esse presentatum ab Illustr. Domino Ioanne de Riccis Patritio Florentino patrono dictæ Capellaniæ, & existente in pacifica quasi possessione Iuris presentandi ad dictam Capellaniam quando vacare contingit: quæ Capellania fundata fuit, constructa, & dotata ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Domino Iuliano de Riccis Archiepiscopo Pisano, &

post mortem dicti Illustrissimi Domini dictum iuspatronatus, deuenit in Petrum de Riccis, qui ad dictam Capellaniam vacantem praesentauit Presbyterum Franciscum de Vbertinis, qui fuit institutus, dictamq; Capellaniam per multos annos pacifice possedit: postea peruenit dictum iuspatronatus in Carolum filium dicti Petri, qui ad dictam Capellaniam vacantem per mortem dicti Francisci praesentauit Presbyterum Tiburtium Grilletum, qui fuit institutus: demum dictum iuspatronatus peruenit in Dominicum filium dicti Caroli, qui ultimo loco ad dictam Capellaniam vacantem per obitum dicti Tiburtij, praesentauit Presbyterum Iulium de Braccis clericum Pisanius, qui etiam fuit institutus: demum Petrus dicti Dominici filius, & haeres ad eandem Capellaniam vacantem per obitum dicti Iuli presentauit dictum Comparentem: & haec omnia probantur per instrumenta authentica. Et super † singulis superius dictis singuli poterunt for-

formari articuli, & ex quibus
6 dignosci † possit quasi posses-
sio iuris præsentandi ad be-

neficium. vide Decis. Rot.
Roman. lib. 3. in nouissimis
Decis. 680.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo probetur præsentatio, & institutio.

SVM M A R I V M.

- 1 Præsentatio probatur per instrumenta, ita & institutio.
- 2 Et per litteras institutionis sigillatas.
- 3 Et sufficit sigillum Ordinarij.
- 4 Et probanda est consuetudo, qua fides adhibetur talibus litteris.
- 5 Cautela est facere instrumentum presentationis, & aliud institutionis.
- 6 Patronus esse quis non probatur, si tanquam patronus fuit honoratus.
- 7 Iuspatronatus probatur per litteras antiquas in lapidibus incisæ.
- 8 Sed quo ad primum fundatorem ibi nominatum.
- 9 Litteræ antiquæ incisæ in Praxis Iurispatron.

lapidibus, quando, & quomo-
do probent.

IN materia probationis iu-
rispatronatus, & iuris pre-
sentandi probatur præsen-
tatio, & institutio † sequata
per instrumenta successive fa-
cta, si in authentica forma
producantur: & ita proce-
dunt notata in cap. si vero.
de iurepatron. quæ instrumen-
ta debent esse celebrata cum
notario, & testibus. Item
2 per † litteras institutionis ip-
sius Ordinarij cum suo sigil-
lo authentico probatur, si ad-
sint testes cum subscriptione
notarij. Et si litteræ Ordina-
rij sint † confectæ cum suo
sigillo tantum, probant, si
talis extet consuetudo. Bald.
in rubr. colum. penult. C. de

O 3 fide

214 Pars II. Lib. XI. Cap. VIII.

fide instrum. Quapropter si
4 hæc + articulentur, ponatur
etiam, quod talis extat con-
suetudo, nempe, quod litte-
ris huiusmodi cum solo sigil-
lo detur plena fides, & quod
pluries, vel saltem bis ita fue-
rit iudicatum, & in contra-
dictorio iudicio obtentum.
Sed cautela est in praxi ser-
uanda + hæc facere instrumen-
tum cum notario, & testibus
de ipsa presentatione, & aliud
simile instrumentum super
institutione; de quibus vide
Lambertin. de iurepatronat.
lib. 2. par. 2. quest. 10. articulo 4. & 7. Nec ad proban-
6 dum quem + esse patronum
sufficit probare illum fuisse
honoratum tanquam patro-
num in processionibus, & in
alijs, quia in specie debet
probari quasi possessio iuris
presentandi. Lambertin. vbi
supra artic. 8.

Probatur etiam iuspatrona-
7 tus per litteras antiquas in-
cisas in lapidibus positis in-

Campanili, vel in Ecclesia,
stante temporis antiquitate,
& nisi contrarium appareat.
Rocch. de Curte. de iurepa-
tron. in verbo honorificum.
in fine. colum. 50. Quod pro-
8 cedit + quo ad primum illum
fundatorem tantum nomi-
natum in dictis lapidibus,
quia quo ad descendentes
probanda erit descendantia,
nisi in dictis lapidibus dice-
retur iuspatronatus esse illo-
rum, de familia Gualandorū
nobilium ipsorum, vel de
alia familia, quia hoc face-
ret pro illis de tali familia
superstitibus, nisi contra-
eos esset legitime prescri-
ptum. Lambertin. ibidem
9 art. 9. Et quando + litteræ
antiquæ incisæ in lapidibus
probent, vide Felin. in cap.
cum causam. colum. 3. de
probat. & quod probent ius-
patronatus, & Ecclesiæ con-
secrationem, probat Dec. con-
sil. 135. col. 3.



CAPVT

C A P V T N O N V M.

Quæ exceptiones proponi possint contra probations iurispatronatus, & iuris præsentandi, & de processus publicatione.

S V M M A R I V M.

- 1 *Excipere quæ possint contradictores contra presentatum, & presentantem.*
- 2 *Exceptio, quod præsentans non sit de familia fundatoris.*
- 3 *Vel quod non interuenit consensus ordinary in fundatione.*
- 4 *Compatroni possunt esse testes in probando iurepatronatus.*
- 5 *Patronus, qui presentauit non potest esse testis in probando iurepatronatus.*
- 6 *Processus publicatio fieri debet.*
- 7 *Sed eius omissione non vitiat.*
- 8 *De processus publicatione notanda.*

- 1 **H**actenus t̄ visum est, quomodo Actor in

hoc Iudicio possit probare iuspatronatus, & ius præsentandi, eorumq; quasi possessionem. Nunc videamus quomodo contradicentes possint excipere cōtra prædictas probations: & distinguendum est, quod aut sumus in probatione iurispatronatus antiqui, aut moderni; Primo t̄ casu contra probationem iurispatronatus antiqui possunt contradictores excipere, illum, qui præsentauit non esse de illa familia, cuius se esse asserit, sed illud cognomen sibi assumpsisse, vt aliquando accidit, & iura patronatus usurpantur; vel excipere, quod nunquam Antecessores illius, qui præsentauit, fuerunt in quasi possessione dicti iurispatronatus, seu iuris præsentandi, vel quod scri

O 4 ptu.



216 Pars II.Lib.XI.Cap.IX.

pturæ ex aduerso exhibitæ nō sunt validæ , neque autentiæ , vel quod priuilegium allegatum non est legitime scriptum seu signatum . Se-
 3 cundo casu contra probatio-
 nem iurispatronatus moderni possunt contradictores excipere plura , nempe non interuenisse consensum Ordinarij in fundatione , construc-
 tione , seu dotationē ecclæsiæ ; vel interuenisse consen-
 sum illius , qui non habebat huiusmodi facultatem ; vel
 quod fundator non poterat acquirere ius patronatus , quia erat hæreticus , vel criminofus talis , qui erat iurispatro-
 natus incapax : & si fundetur probatio iurispatronatus su-
 per præscriptione , poterit ex-
 cipi contra eam de inuali-
 do titulo , de mala fide , & de alijs , vel aliter , prout late-
 ponit Lambertinus de iure-
 patronatus lib. 2. p. 2. q. 10.
 4 art. 10. & in probando † iu-
 repatronatus possunt esse te-
 stes compatroni , nisi per hoc probarent ius suum , consan-
 guinei , & familiares , cum alias tales familiares admit-
 tantur , vt per Abb. post gloss. in cap. cum dilectus . de cle-

ric. non residen. & notatur in cap. litteras de præsumpt. Fe- lin. in cap. insuper de testib.
 5 Quo autem † ad merita , vel demerita præsentati non ad-mittitur patronus præsentas , quia ex hoc recipit commo- dum conseruandi , vel acqui- rendi quasi possessionem , & prædicti , vt testes admittun- tur , quia ad probandas de- scendentias per eos notas fa- cilius deponunt , illisq; fides adhibetur , secundum tamen personarum , qualitates , vt per Doctor. in cap. quoties. de testib. & per Lambert. vbi supra artic. 12. Denique tali 6 processu terminato illius pu- blicatio testium , instrumētorum , & gestorum producotorū fieri poterit ad hoc , vt partes scire possint an velint cedere , vel contendere . gloss. in clem. sepe. in verbo , non obstat. de 7 verb. signif. Omissio † tamen talis publicationis non vitiat hunc processum . vide Abb. in c. cum I. & A. num. 10. de re iudic. Et de tali publicatione 8 † processus , vide Rot. Rom. de testib. in nouis. decisi. 13. & Lambert. vbi supra ar- ticulo 13.

CA-

C A P V T D E C I M V M.

In tali causa possunt reprobari testes.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quæ sunt post publicationem processus.*
- 2 *Repulsa testium sunt in iudicio, quo petitur institutio.*
- 3 *Testes an possint reprobari post publicationem processus.*
- 4 *Testes reprobatorij an possint per alios testes reprobari.*

1 **N**unc videndum est de his, quæ sunt post processus publicationem; ideoque notandum est in hoc iudicio post dictam publicationem posse reprobari testes, & sic potest fieri processus repulsa testium respectu personarum; vel respectu dictorum per eos: qui processus si omitteretur immineret

præiudicium, quod non esset reparabile in causa appellationis. ad ea, quæ dicit Abb. in cap. I. de exception. & in cap. cum I. & A. de re iudicata. Et quot testes requirantur ad reprobandum testes partis aduersæ, vide Abb. in cap. series. de testibus. Et nunquid possint post publicationem reprobari, ponit. Abb. in cap. præsentium. de testibus. Et de hac materia, & nunquid testes reprobatorij possint per alios testes reprobari, vide Abb. in capit. licet dilectus. & ibi Felin. de testibus. & Lambertin. de iure patronat. libro 2. parte secunda, quæstione 11. articulo primo.



C A-

CAPVT V N D E C I M V M.

In huiusmodi iudicio non est necessaria conclusio in causa.

SVMMARIVM.

- 1 Conclusio in causa non est necessaria in iudicio, quo petitur institutio.
- 2 Conclusio in causa in beneficialibus non est necessaria.
- 3 Si tamen fiat, non potest reuocari.
- 4 Conclusio in causa quomodo fiat, & quando dicatur conclusum in causa.
- 5 De dicta conclusione in causa in beneficialibus.
- 6 In praxi non fit conclusio in causa in iudicio institutio-

Conclusio in causa † in hoc iudicio non requiritur, nec est de substantia, ita habetur in Clem. s̄epe circa finem. & ibi glos. in verbo, conclusione. & ibi etiā Card. de verb. significat. In 2 beneficialibus enim † non est

necessaria conclusio in causa.
Rot. Roman. de testibus. in nouis. decis. 1. incipiente, si post conclusionem. Si tamen sit facta, seruanda erit per regulā, quod potui nolui, quod volui adimplere nequui. ca. quoniam Abbas. de officio deleg. Neque à parte † tunc potest reuocari, nisi Iudice volente, qui Iudex etiam post dietam conclusionem potest recipere probationes etiā inuita parte, præsertim vbi vertitur periculum animæ. vide Cappellam Tholosanā decis. 14. num. 3. Felin. in cap. cum dilectus. num. 13. & 14. & num. 27. & sequentibus. de fide instrumen. Lambert. de iure patron. lib. 2. parte 2. quæst. 11. artic. 2. & Felinus vbi supra ponit, 4 quando † dicatur conclusum in causa, & quomodo talis conclusio fiat; & de conclusione

§ sione † in beneficialibus , vi-
de etiam Rot. Roman. de
probat. in antiquis. decis. 1.
incip. nota , quod postquam
est conclusum . Et in praxi

6 pluries † obtinui in contradic-
torio iudicio in beneficiali-
bus non esse necessariam con-
clusionem in causa .

CAPVT DVODECIMVM.

In tali iudicio necessaria est sententia diffinitiua,
& ab ea potest appellari.

S V M M A R I V M .

- 1 Sententia diffinitiua in iu-
dicio ad obtainendam institu-
tionem est necessaria .
- 2 Et ferenda est in scriptis .
- 3 Et potest concipi in perso-
nam principalis, siue eius pro-
curatoris .
- 4 In causa criminali, & ma-
trimoniali sententia concipi-
tur in personam principalis .
- 5 Institutio habet vim sen-
tentiae diffinitiue .
- 6 Si facta sit discussio ne-
gocii .
- 7 Institutio habet vim in-
terlocutoria , si facta sit per
simplicem informationem .
- 8 Appellari potest à sententia
institutionis ,

- 9 Praxis circa sententiam
institutionis , & circa appel-
lationem .
- 10 Sententia institutionis tran-
sit in iudicatum , si appellatio
non sit interposita , vel non
prosecuta .
- 11 Aliquando proceditur per
viam Euangelice denuncia-
tionis .
- 12 Patronus obtainens sen-
tiam contra patronum totum
ius acquirit .
- 13 Sententia lata contra pre-
sentantem præjudicat præsen-
tato scienti , & patienti .
- 14 Res inter alios iudicata
quando alij noceat , vel non .
- 15 Exceptio rei iudicatae nocet
solum illis personis , inter quas
lata est .

16 Res

220 Pars II.Lib.XI.Cap XII

16 *Res iudicata nocet solum illis personis, inter quas lata est.*

17 *Sententia lata in actionibus præjudicialibus quando faciat ius quo ad omnes.*

1 **I**N huiusmodi iudicio terminando sententia diffinitiua est necessaria. clemen. sape. de verb. significat. ibi sententiam vero diffinitiuam, vbi glos. in verbo, in scriptis, notat sententiam huiusmodi
2 proferendam esse in + scriptis, in qua sententia potest fieri condemnatio expensarum factarum à viatore contra victimum, & illarum executio concedi. Rocch. de Curte. de iurepatr. in verbo. competens alicui. q. 23. col. 3. & habetur in c. finem litibus, de dolo, & contum. tradit Lamber. de iurepatr. lib. 2 p. 2. q. 11. art. 3.
3 & sententia + in hoc casu potest concipi in personam principalis, siue eius procuratoris. c. querelam. & ibi Abb. n. 10. de elect. secus in + causa matrimoniali, & criminali, vel simili, in quibus sententia fertur in personam principalis duntaxat, non autem eius procuratoris. Et est notandum,

quod institutio, seu confirmatio + habet vim sententiæ diffinitiua, quando ad causam comparet contradictor, & proceditur cum causæ cognitione. Nam eo casu dicitur proprie sententia diffinitiua, praesertim si cognoscatur de iuribus præsentantium, quia cognosceretur tunc verus patonus, qui pro se sententiam habuit. ad dicta per Abb. in c. ex litteris. & in c. si vero. in fine. de iurepatr. Idem erit, si
6 nullus + sit contradictor; sed superior ex officio discussit negotium cum causæ cognitione. Si autem hæc discussio facta sit à superiore per simpli- cem informationem, de qua loquitur Abb. in c. constitutis. ille secundo. n. 14. de appellat. hoc casu seruata forma. c.
7 vlt. de elect. lib. 6. + institutio habebit vim sententiæ interlocutoriæ, prout declarat Lamber. vbi supra. art. 4. vide Farinac. parte 2. tomo 1. decis. 522. n. 1. Iargetamen poterit & hæc dici sententia diffinitiua, cum negotium, de quo agitur, diffiniat. ad tex. in 1. 1. ff. de re iudic.

Sciendum est etiam, quod
8 à + tali sententia institutionis quo-

quomodolibet lata appellari potest. dicto cap. constitutis. il seconde. de appellat. & c. pastoralis. de iurepatron. sed dictæ appellationi nō est deferendum, ne per eam impi- diatur possessio talis instituti. Lamber. vbi supra. art. 5. sed 9 in praxi vidi † seruari talem stylum, nempe quando adest contradictor, & proceditur cum causæ cognitione, Iudex profert sententiam declarando præsentatum fuisse, & esse instituendum, & facta parti notificatione, & trāsacto de- cendio, & non interposita, appellatione proceditur ad institutionem: aliquando etiā Iudex profert sententiam de- clarando præsentatum fuisse, & esse instituendum, & eodem tempore instituit vnico contextu. Verum si appella- 10tio † non sit interposita, vel fuit interposita, sed non pro- sequuta, sententia institutio- nis transit in iudicatum; ita Card. in cap. consultationibus. de iurepatron. Rocch. de Curte vbi supra. q. 22. col. 1.

11 Quod si † sententia transi- tum fecerit in iudicatum, po- terit pars si foueat bonum- ius agere contra eum, qui ob-

tinuit, per viam euangelicæ denunciationis. Abb. in cap. ad audientiam. il seconde. nu- mero 11. & 12. de rescript. Lamber. vbi sup. art. 6. Si ve- 12 ro sententia † lata sit contra patronum ad fauorē alterius patroni, tunc totum iuspatro- natus, & ius præsentandi ob- tinenti acquiritur, & accre- scit, non quod proprie aliquid accrescat, cum tale ius diuidi non possit; sed quia non de- crescit. Bald. in cap. quanto. num. 9. de iudic.

13 Adnotes etiam, quod † si sententia lata sit contra præ- sentantem, præiudicat præsen- tato scienti, & patienti ob connexitatem iuris inter eos existentis, & è contra senten- tia lata contra præsentatum præiudicat præsentanti scien- ti, & patienti. vide Abb. in cap. quamuis. num. 20. 21. & 22. de re iudic. Et quan- 14 do † res inter alios iudicata noceat alijs, vel non, & præ- fersim inter personas conne- xas, vide Abb. vbi supra, & ibidem Felin. qui ponit quan- do sententia lata contra sub- ditum noceat Domino, & è contra.


15 Item quando quæritur an ex-

222 Pars II.Lib.XI.Cap.XII.

exceptio rei iudicatæ alteri
noceat nec ne, inspiciendum
est, an sit idem corpus, ea-
dem quantitas, idem ius, ea-
dem causa petendi, & eadem
conditio personarum, quæ ni-
si omnia concurrant alia res
est. I. cum quæritur. I. quanti-
tas, & I. & an eadem. ff. de
except. rei iudicat. Et regula-
riter res † iudicata non nocet
nisi illis personis, inter quas
lata est, & in illis causis, su-
per quibus actum est, & eo
modo, quo actum est. I. 2. C.
quib. res iud. non noc. & I. 1.
C. res inter alias actas, vel
iudicatas alijs non nocere. Hostiens.
in sua summa in-
tit. de re iudic. in vers. qui-
bus noceat, vel non noceat

res iudicata.

Et in actionibus præiudi-
cialibus ad hoc, vt sententia
lata faciat † ius, quo ad om-
nes sex requiruntur. Primum,
quod sit legitimus petitor, &
contradictor. Secundū, quod
interuenerit plena defensio.
Tertium, quod sententia fue-
rit lata verbis affirmatiuis.
Quartum, quod nō fuerit de-
tecta collusio. Quintum, quod
verè causa sit præiudi-
cialis. Sextum, quod fuerit
principaliter discussum. Are-
tin. in §. præjudiciales num. 6
vbi las. num. 28. Instit. de
action. Vide Alex. cons. 21.
col. 1. lib. 1. Cephal. cons.
307. num. 78. & cons. 442.
num. 49.



L I-